

Aduertencias para
PRO FRATRIBVS AVGVSTIA
niensibus specialiter.

¶ Alexander. 6. Motu proprio concessit
Fratribus Augustiniensibus, ut omnes & singa-
lorum Religiosorum cuiuscunq; obseruatię sue-
rint & domorum, locorum, & personarum in
illis degentium, quibus, ut priuilegiis dictis
Ordinis Augustiniensium uti possint, per eam
dem Sedem concessum est, possint & valeant
huiusmodi Augustinienses ipsorum locorum,
domorum, & personarum in illis habitantium
priuilegijs, indultis, immunitatibus, conces-
sionibus, exemptionibus indulgentiis & li-
bertatibus eis in genere quacunq; Apostolica
auctoritate concessis [quorum tenores haberi
voluit pro expressis, & specificatis] uti, potiri
& gaudere perpetuis futuris temporibus li-
bere & licite. Circa hanc concessionem aduer-
tunt Collector priuilegiorum Mendicantium
hoc Tit. nu. 21. & Archiepiscopus nu. 17. quod
est magna, & cui nullibi aliā similiē reperi-
ſe ait. Virtute autem huius videtur, quod etiā
Frates Minores, & alii Mendicantes ratione
communicationis priuilegiorum possint uti
priuilegijs illorum, quibus sua priuilegia
sunt